Hoc tamen ultimum de transeuntibus cum fraude ad alium locum, ut possint absque Parocho contrahere, absque animo ibi permanendi, ego non auderem probare, cum non placeat Eminentissimis Cardinalibus sacri Concilij Tridentini interpretibus, a quorum sacra Congregatione responsum fuit, eiusmodi matrimonia valida non esse, et eorum responsum ad instantiam Archiepiscopi Coloniensis, Urbanus VIII. speciali Brevi munivit, cuius exemplar decem ab hinc annis accepi ex autographo quod (ut mihi scriptum fuit) in Archivio D. Officialis predicti Archiepiscopi asservabatur quare placuit ad verbum praedictum Pontificium Breve subiicere.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam. Exponi nobis fecit Venerabilis frater Archiepiscopus Coloniensis, quod habito nuper per eum ad Venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales Sacri Concilij Tridentini interpretes recursu super infra scriptis dubiis, videlicet. Primo, an incolae tam masculi, quam foeminae loci, in quo Concilium Tridentinum in puncto matrimonij est promulgatum, retinentes idem domicilium, valide possint in isto loco matrimonium sine Parocho, et testibus contrahere. Secundo, quid si eo praefati incolae, tam masculi, quam foeminae, solo animo sine Parocho, et testibus contrahendi se transferant, habitationem non mutantes? Tertio, quid si iidem incolae tam masculi, quam foeminae eo transferant habitationem illo solo animo, ut absque Parocho, et testibus contrahant? Iidem Cardinales ad primum, et secundum, non esse legitimum matrimonium inter sic contrahentes cum fraude: ad tertium vero dubium huiusmodi, si domicilium vere transferatur, matrimonium esse validum responderunt, et resolverunt, prout in decreto desuper emanato plenius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Archiepiscopus responsum, seu dubiorum praedictorum resolutionem huiusmodi, pro illius substantia, et validitate firmiori Apostolicae nostrae confirmationis robore communiri summopere desideret. Nos eundem Archiepiscopum specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, supplicationibus illius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, responsum, seu dubiorum praedictorum resolutionem huiusmodi, auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiicimus. Decernentes illud, seu illam, nec non praesentes litteras, valida, firma, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et

²² Ivi, pp. 56-57.

obtinere; sicque, et iuxta illa per quoscumque indices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatij Auditores, iudicari, et definiri debere, ac irritum, vel inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 14. Augusti anno 1627. Pontificatus nostri anno quinto.

In quo Cardinalium responso adverto, illos doctrinam restrinxisse ad eos, qui ex industria per breve tempus transibant ad locum alium, ut sine Parocho, et testibus contraherent, et ideo addiderunt fortasse in responso verba illa, *cum fraude*, quae in interrogatione non fuerant formaliter expressa: quo casu negari non potest, communem Doctorum sententiam negare matrimonium illud posse valide fieri, quidvis sit, an in aliis casibus valeat, quando ob negotia, vel mercimonia, aut ob alios eventus ibi contrahentes inveniuntur, de quibus Cardinales nihil voluerunt definire²³.

Il teologo francescano Antonio Cottone (1613-1682) afferma che quanti si trovano presso i turchi e i mauri, dove il *Tametsi* non è pubblicato o (*vel*) non vi sono parroci, possono validamente contrarre matrimonio in conformità con quanto stabilito dal diritto canonico precedente il Tridentino, *praemissa inquisitione sufficienti* e in presenza dei testimoni. Poiché ci si riferisce alla mancata recezione del decreto *de reformatione matrimonii* e non all'interpretazione dello stesso secondo *epicheia*, la presenza dei testi si direbbe richiesta per evitare il peccato e non *ad validitatem*.

Unde captivi, qui detinentur apud Turcas et Mauros, et Catholici, qui ibi ex alio motivo inveniuntur, ubi hoc decretum non est publicatum, vel non sunt parrochi, celebrare poterunt matrimonium cum requisitis iuris antiqui, et saltem praemissa inquisitione sufficienti, et adhibitis testibus²⁴.

Il teologo francese ed esponente di spicco del gallicanesimo moderato Honoré Tournély²⁵ (1658-1729) non affronta invece direttamente il caso di chi vive tra gli infedeli, ma in generale afferma che *lex nunquam recepta non obligat*²⁶, e più nello specifico ricorda che quanti hanno il domicilio dove vige il *Tametsi* e si spostano in un luogo nel quale il decreto tridentino non è stato pubblicato, e abitano lì, possono validamente contrarre matrimonio senza il parroco e i testimoni. Poiché prima si afferma che il decreto tridentino vincola gli *incolae* dei luoghi nei quali è in vigore, e quindi si chiarisce che vige solamente per coloro che *inhabitant loca illa* nei quali è stato pubblicato da almeno trenta giorni, allora, poiché gli *incolae* sono coloro che hanno il domicilio in un luogo, anche a *inhabitare* si attribuisce evidentemente il significato di 'avere il domicilio'. Ma

²³ Ivi, p. 57.

²⁴ Antonius Cotonius, *Controversiae celebres*, I, Venetiis, apud Christoforum Tomasinum, 1661, p. 602.

²⁵ Cfr. R.F. Costigan, *The Consensus of the Church: Differing Classic Views*, in "Theological Studies", LI/1 (1990), pp. 28-38.

²⁶ Honoratus Tournely, *Praelectiones theologicae de septem Ecclesiae sacramentis*, II, Lovanii, Apud Martinum van Overbeke, prope Academiam, 1731, p. 499.

habitantes è il sostantivo (plurale) che corrisponde al verbo *inhabitare*, e dev'essere perciò sinonimo di *incolae*: 'coloro che abitano' sono dunque 'coloro che hanno il domicilio'. Chi ha il domicilio dove non ha avuto luogo la recezione – eventualmente tra gli infedeli – non è vincolato dal *Tametsi*.

Quaeres 9. An quando incolae locorum ubi Tridentinum obligat, divertunt ad ea loca ubi non obligat, vel econtra incolae locorum ubi non obligat divertunt ad locum ubi obligat, teneantur coram Parocho ac testibus contrahere.

Resp. I. incolas locorum ubi viget Decretum Concilii, venientes ad locum ubi non est publicatum, ibique habitantes, valide contrahere non servata Concilii forma. Ita Ledesma [...].

Resp. 2. incolas locorum ubi Concilium non est publicatum, venientes ad locum ubi est receptum, ibique habitantes, invalide contrahere sine Parocho et testibus.

Ratio utriusque responsionis haec est, quia Decretum Concilij circa omnes et solas eas personas, quae inhabitant loca illa, ubi fuit publicatum, habet robur post triginta dies a prima publicatione. Unde non est hic considerandum, ex quo loco sit quis oriundus: sed ubi habitet eo tempore, quo Matrimonium contrahit²⁷.

In modo sfumato o esplicito, i più sostengono che il matrimonio occulto è valido solo se presso gli infedeli si vuole trasferire il domicilio, o se lo si ha già. Dal canto suo, il teologo e canonista francescano Anaklet Reiffenstuel²⁸ (1642-1703) propone una diversa linea. Egli afferma che chi stabilisce il quasi domicilio in un luogo può ricevere i sacramenti dal parroco di quella circoscrizione ecclesiastica e che, allo stesso modo, il cristiano che si sposta dove non si è pubblicato il *Tametsi*, e vuole fissarvi il quasi domicilio, può sposarsi come si faceva in precedenza, poiché il Tridentino non vincola dove non lo si è recepito: i matrimoni dei cristiani prigionieri presso i Turchi, o dei mercanti che si recano in quei luoghi per motivi di lavoro, sono dunque validi anche se contratti senza conservare la forma tridentina. Si noti che con la locuzione 'quasi domicilio' si indica un luogo nel quale si risiede o si ha in animo di risiedervi per un tempo non breve, pur mancando l'intenzione di stabilirvisi²⁹: i prigionieri e i mercanti possono perciò non trovarsi in questa situazione. O vi è un salto logico, oppure ci si riferisce solamente ai cristiani che soddisfano le condizioni richieste per ottenere il quasi domicilio: quel che lascerebbe credere l'*et sic* con cui s'introduce la considerazione sul tema che più direttamente ci interessa.

Insuper valide contrahitur Matrimonium sine dictis solemnitatibus, si qui sese conferant ad locum non recepti Concilii animo ibidem figendi dumtaxat quasi

²⁷ Ivi, pp. 499-500.

²⁸ Come altri autori menzionati in queste pagine (Tomás Sánchez, Basilio Ponce de León, Juan de Lugo, Agostinho Barbosa, Giovanni Angelo Bossi), Anaklet Reiffenstuel è tra i *probati auctores* dei quali la Rota Romana ha più volte comprovato la rilevanza in ambito canonistico (cfr. U. Mosiek, *Die probati auctores in den Ebenichtigkeitsprozessen der S. R. Rota seit Inkrafttreten des Codex Iuris Canonici*, Freiburg im Breisgau, 1959, *passim* e Ch.H.F. Meyer, *Probati auctores. Ursprünge und Funktionen einer wenig beachteten Quelle kanonistischer Tradition und Argumentation*, in "Rechtsgeschichte", XX (2012), pp. 138-154).

²⁹ Cfr. *Domicile*, in *Dictionnaire de droit canonique*, IV, Paris 1949, coll. 1372, 1374, 1378.

domicilium. Ita rursum Doctores communiter. Ratio est; quia Decretum Tridentinum non obligat in Parochia, in qua non est promulgatum: atqui per solam translationem quasi domicilii efficitur quis Parochianus alicujus loci, ita ut ab Ecclesiae illius Parocho possit recipere Sacramenta, [...]; ergo. Et sic v.g. Matrimonia christianorum apud Turcas captivorum, vel commercii causa ibi degentium, sunt valida, quamvis contrahant non servata forma Tridentini, supposito, quod hoc ibi non fuerit promulgatum³⁰.

In questo percorso, nel quale si è scelto di procedere giustappponendo gli autori in ragione dell'affinità di contenuti in riferimento al tema, è ora necessario tornare indietro di circa un secolo rispetto agli scritti di Tournély e Reiffenstuel. Argomentando sulla validità dei matrimoni contratti dai cristiani nelle terre degli infedeli in assenza del parroco e dei testimoni, Tomás Sánchez (1550-1610) afferma infatti un diverso principio, che nella sua applicazione generale avrebbe permesso a molti di continuare a convolare a nozze secondo le forme antiche. Il gesuita spagnolo dà innanzitutto conto delle opinioni dottrinali sul tema³¹. Ritiene quindi probabile che queste nozze siano valide anche se quanti vivono tra gli infedeli sono giunti in quelle terre dopo la recezione del decreto tridentino nella loro parrocchia d'origine, e pure se costoro non hanno in animo di stabilirvisi. Rileva il fatto che il decreto tridentino entra in vigore trenta giorni

³⁰ Anacletus Reiffenstuel, *Theologia moralis*, Mutinae, sumptibus Jo: Baptistae Albritii, 1739, pp. 465-466.

³¹ Cfr. Thomas Sanchez, *Disputationes de sancto matrimonii sacramento*, I, Antverpiae, Apud Martinum Nutium, 1607, p. 279: "Quaestio quinta, an captivi apud infideles, apud quos non est publicatum decretum Tridentini irritans matrimonia clandestina, si incolae sint eorum locorum, in quibus Tridentinum obligat, valide contrahant absque parrocho, et testibus? Varij sunt dicendi modi. Primus ait, invalidum esse tale matrimonium: ducitur, quia licet id decretum Trident. Ses. 24. c. 1. de matrimonio, fine, postulet ut obliget, publicari in qualibet parochia, cum tamen apud infideles nulla parochia sit, Tridentinum voluit Christianos ibi detentos ligare, licet publicatum non sit. § Et confirmatur, quia si captivis prodesset ibi non esse receptum, nec publicatum decretum Tridentini, nullis alijs Ecclesiae legibus, ut ieiunij, abstinendi a carnibus, etc. tenerentur, cum ibi nec receptae, nec publicatae sint. § 2. Quia ex quo id decretum publicatum est in parochia, cuius sunt incolae captivi, afficit obligatio personas quocumque tendentes. Sic tenet Petr. de Ledes. de matrim. q. 45. art. 5. ad finem, in solutione ad 3. et puncto 3. dubio penultimo, fol. 196. § in cuius rei expositione. Secundus dicendi modus est, posse contrahere absque parrocho, et testibus, si ibi habitandi animum habeant, et acquirant domicilium: secus ubi is animus deesset: quia dum acquirunt domicilium, non tenentur iuxta prioris domicilij leges contrahere. Sic Enriquez. lib. 11. de mat. c. 3. n. 8. dicens idem tenuisse alios Theologos consultos, quos ibi refert Manuel. I. tomo summae, in 2. editione, cap. 219. n. 2. fine. Tertius dicendi modus est, ex epicheia valere id matrimonium: non enim credendum est Tridentini mentem esse, velle obligare ubi parrochi copia haberi nequit: sicut et reliquae leges Ecclesiasticae ex epicheia interpretationem recipiunt. Hunc statunt tanquam probabilem Veracruz in appendice ad speculum, dubio 5. et Vega libr. 3. summae, casu 361. § Sed iam satis disp. preced. nu. 4. et 5. probavi hoc decretum epicheiam non admittere. Quartus dicendi modus sic distinguit, si id decretum promulgatum erat in captivorum parochia, antequam in captivitatem redigerentur, non possunt absque parrocho, et testibus contrahere: secus si tunc nondum publicatum erat: quia in priori casu obligationem contraxerant, non autem in posteriori. Hunc sequuntur quidam Thomistae (ut refert Petrus de Ledesma, nu. 31. allegatus) et Veracruz in appendice ad speculum, nam quamvis dubio 5. §. sed contra praedicta, et §. tertio ad obiectionem, teneat absolute tanquam probabile, validum esse matrimonium captivorum, absque parrocho, et testibus initum: at dubio 14 fine, hoc temperat, quando ante publicationem in sua parochia, captivi ducti sunt".

dopo la prima pubblicazione nella parrocchia e che la recezione non ha perciò luogo tra gli infedeli. Per quanto non vi abbiano trasferito il domicilio, i nubendi che si trovano a risiedere presso di loro non sono vincolati agli *essentialia matrimonii* indicati nel *Tametsi*: il contratto deve infatti celebrarsi secondo le solennità del luogo del contratto. Un'annotazione di grande rilievo, che oggettivamente depotenzia il Tridentino della sua dirompente carica di novità in ordine alla materia matrimoniale, e così pure di esiti certi in riferimento alla stabilità della società, che deriverebbero da nozze necessariamente pubbliche. Secondo questo autore basta intrattenersi per un tempo anche assai breve nel territorio di una parrocchia nella quale non si è pubblicato il decreto *de reformatione matrimonii*, oppure in un luogo dove non vi sono parrocchie, per potersi sposare senza il curato e i testimoni.

Sánchez afferma d'altra parte che se in quei luoghi il *Tametsi* obbligasse, allora anche prigionieri condotti lì prima della pubblicazione del decreto nella loro parrocchia, anche prigionieri che avessero in animo di stabilirsi in quelle terre non potrebbero sposarsi se non in presenza del parroco e dei testi. In difetto della pubblicazione, il decreto tuttavia non vincola e i nubendi possono dunque contrarre matrimonio anche da soli: sia che abbiano lì il domicilio (*sive sint permanenter*), sia che siano di passaggio (*sive per modum transitus*), e a prescindere dal fatto che il *Tametsi* sia o non sia stato pubblicato nella loro parrocchia: quel che si è notato in riferimento agli spagnoli, che si recano dove il Tridentino non vincola. Due infedeli che colà si facessero battezzare, potrebbero d'altra parte contrarre matrimonio senza osservare le forme stabilite nel *Tametsi*, che in quei luoghi, dunque, non obbliga.

Sit tamen conclusio, probabilis existimo validum esse matrimonium captivorum apud infideles initum, absque parochia, et testibus, quamvis ad eas regiones ducti sint, post publicationem, et receptionem in sua parochia, nec animum ibi permanenti habeant: et idem dico de matrimonio contracto per mercatores Christianos, qui ibi per modum hospitij sunt, quamvis incolae sint eorum locorum, in quibus Tridentinum obligat. Probat, quia id decretum petit tanquam conditionem requisitam, ut obligare incipiat, publicationem in parochia, his verbis, *decernit insuper ut huiusmodi decretum in unaquaque parochia suum robur post triginta dies habere incipiat, a die primae publicationis in eadem parochia facta, numerandos*, [280] ergo cum apud infideles haec conditio deficiat, in illis locis hoc decretum nondum obligandi vires accepit: ac proinde qui in illis contrahunt, licet domicilium ibi non fixerint, non tenentur servare solemnitate in hoc decreto petitam: nam iuxta dicta num. 10 contractus celebrandus est iuxta solennitates loci contractus. § 2. quia si id decretum in illis locis obligaret, quamvis captivi haberent animum permanenti, ductique essent ante publicationem in sua parochia, non possent absque parochia, et testibus contrahere: sicut contingit in alijs locis fidelium, ubi id decretum obligat: iuxta dicta num. 26. Si vero defectu publicationis non obligat, ergo contrahentes, sive sint permanenti, sive per modum transitus, sive antea esse publicatum in sua parochia, sive non, poterunt contrahere absque parochia, et testibus: ut de Hispanis ad locum ubi Tridentinum non obligat, proficiscentibus, diximus num. 28. Pro hac sententia est Palacios 4. d. 29. disputatione 1. vers. iam vero istis exploratis, ubi absque

distinctione aliqua tenet matrimonium horum captivorum absque parrocho, et testibus, validum esse. § Et tandem probari potest, quia si duo infideles ibi baptizarentur, possent contrahere absque parrocho, et testibus: ergo id decretum ibi non obligat³².

Il gesuita spagnolo conclude con alcune annotazioni specifiche. Mancando le parrocchie, vi sarebbero tuttavia luoghi pubblici nei quali il decreto potrebbe essere pubblicato: se questo non accade, non si verifica la condizione necessaria affinché lo stesso vincoli. In riferimento alla possibilità di sposarsi senza parroco e testimoni, non rileva per i cristiani che gli infedeli non recepiscano il decreto tridentino o che abbiano una consuetudine contraria allo stesso: giova invece loro che il decreto non sia pubblicato. Si puntualizza infine che, al contrario di quel che avviene per altre leggi della Chiesa, non si richiede in questo caso la pubblicazione in ogni diocesi o nella curia romana ma, appunto, in ogni parrocchia³³.

In una *disputatio theologica* monacense del 1601, il gesuita Balthasar Wegelin afferma d'altra parte che alcuni ritengono valido il matrimonio contratto in assenza del parroco dove il Tridentino non è stato pubblicato, sia che ci si trovi in un territorio della cristianità, sia che ci si trovi tra gli infedeli, purché si sia stabilito lì il domicilio e vi sia la volontà di fermarsi; secondo altri il matrimonio è valido, anche se non si ha lì il domicilio, qualora i nubendi si trovino nel territorio di una parrocchia nella quale non vi è stata recezione, non se sono invece tra gli infedeli, dove non vi sono parrocchie. Wegelin ritiene tuttavia più probabile che il matrimonio clandestino sia valido ovunque il *Tametsi* non è stato recepito – compresi i *loci nullius parochiae* degli infedeli –, anche se non si trasferisce lì il domicilio, perché il decreto tridentino non sembra obbligare se non nel territorio delle parrocchie nelle quali lo si è pubblicato. Questo, perlomeno, in assenza di frode e dolo.

LIII. Sed gravem quaestionem continet quid dicendum, si quis ex propria parochia, in qua Tridentinum est promulgatum, proficiscatur ad regionem, aut parochiam, ubi concilium non est promulgatum, nec omnino proprij parochi copia esse potest; ut si quis inter haereticos, aut alios infideles versetur. Hoc sane casu non eadem est Doctorum sententia: Quidam existimant ratum esse matrimonium etiam sine parrocho contractum ab ijs, qui in tali loco domicilium acquirant, versenturque

³² Ivi, pp. 279-280.

³³ Cfr. ivi, p. 280: “Ad argumenta proposita, num. 31. respondetur. Ad I. negando id voluisse, quia licet deficiat ibi parochia, sunt tamen loca publica, in quibus id decretum publicari posset: unde cum nullo modo publicatum sit, deficit conditio necessaria ad eius obligationem. § Ad confirmationem, fateor nil prodesse captivis, ibi non esse receptum Tridentinum, id enim prodesset quando apud fideles non esset receptum: infideles enim non sunt legibus Ecclesiae subiecti, et ita eorum non receptio, aut opposita consuetudo fideles non iuvat: at prodest ibi non esse publicatum id decretum. Nec est simile de alijs Ecclesiae legibus, quae contentae sunt publicatione in qualibet fidelium dioecesi, vel in curia Romana, ut ubique obligent: hoc enim decretum specialem in qualibet parochia publicationem postulat. § Ad 3. constat ex dictis, num. 30 ubi dixi eam obligationem tantum sequi personam, dum est in locis ubi Tridentinum obligat”.

animo permanendi, sive alioqui is locus Christianorum sit, sive locus infidelium et nullius parochiae; at vero ad eos qui sine animo manendi in terris infidelium versentur, detenti v.g. in triremibus apud infideles, concilij promulgationem extendi, sicut ad personas caeteras eiusdem parochiae. Alij putant valere, si contrahatur in loco alicuius parochiae, sive quis ibi domicilium acquirat, sive non acquirat, non autem si quis contrahat in loco infidelium nullius parochiae.

LIV. Et sane cum utriusque sententiae non levia suppetant argumenta, nec omnino manifestum, quid in hac re dicendum sit, id tamen libentius amplectimur, quod hae sententiae affirmant, quam quod negant, rati in eo casu etiam in locis nullius parochiae contrahi valide matrimonium posse sine paroco, etiam ab eo, qui domicilium ibi non acquisierit, saltem si fraus et dolus absint, eo quod decretum illud Concilij obligare non videatur, nisi in loco et parochia, ubi id promulgatum sit³⁴.

Altri accolgono questa interpretazione. Il teologo gesuita Adam Tanner (1572-1632) sostiene che, se ci si trasferisce per stabilirvi il domicilio in luoghi nei quali il *Tametsi* non è stato pubblicato, sia nelle terre della cristianità, sia tra gli infedeli, dove non vi sono parrocchie, il matrimonio che si contrae senza parroco e testimoni è valido. Egli ritiene d'altra parte molto probabile che le nozze siano valide anche se per quei luoghi si transita solamente, o se vi si va e subito si torna, come insegna appunto Sánchez contro Pedro de Ledesma ed Henriquez³⁵. Lo stesso Agostinho Barbosa (1589-1649) ritiene assai verisimile che, per quanto oriundi di parrocchie nelle quali ha avuto luogo la recezione del *Tametsi*, i cristiani che vivono tra gli infedeli non siano tenuti a sposarsi secondo la forma tridentina: ancora una volta, si cita la posizione di Sánchez in riferimento al contratto e dunque al matrimonio³⁶. Nell'*Opusculum tractatus de*

³⁴ *Disputatio Theologica De Sacramento Matrimonii. In Ducali Gymnasio Societatis Iesu Monachij, Anno Domini MDCL. Iulij publice proposita. Praeside Adamo Tannero Societatis Iesu, Casuum Conscientiae Professore Theologo. Respondente Balthasare Wegelin Eiusdem Societatis Iesu, SS. Theologiae studioso, Monachii, Ex Typographia Nicolai Henrici, 1601, ff. 7v-8r.*

³⁵ Cfr. Adam Tannerus, *Theologia Scholastica*, IV, Ingolstadii, Impensis Ioannis Bayr, Civis Senat. Ingolstad. Typis Guilhelmi Ederi, 1627, coll. 2121-2122: "Hoc decretum tamen non obligare eos, qui ex locis, ubi promulgatum est Concilij Trid. decretum, proficiscuntur ad loca, ubi non est promulgatum, animo illic habitandi, et domicilium constituendi: sive alioqui is locus Christianorum sit, sive locus infidelium et nullius Parochie, ut bene docent Henriq. [...] et Petrus Ledesma [...]. Idemque valde probabile est, si quis per eiusmodi loca solum transeat, aut etiam ea accedat mox rediturus, ut docet Sanchez [...] quod in specie etiam de captivis apud Turcas, aliosve infideles contra Petrum Ledesmam et Henriquez asserit [...] eo quod decretum illud Concilij non videatur obligatur, nisi in loco et Parochia ubi id promulgatum fuit, ut ex eiusdem verbis colligitur".

³⁶ Cfr. Augustinus Barbosa, *Pastoralis sollicitudinis, sive de officio, et potestate episcopi*, II, Romae, Ex Typographia Camerae Apostolicae, 1623, pp. 292-293: "Hinc fit eos, qui sunt incolae unius loci, in quo promulgatum, et acceptatum fuit Concilium, si alio migrent, ubi non est acceptatum, posse valide contrahere clandestine, servata quoad fieri possit antiqua lege ecclesiastica, sive illac transeant, sive domicilium ibidem collocaverint [...]. Hoc tamen limitant Ledesma [...], Henriq. [...], Rebell. [...] et alii nisi eo proficiscantur, ut nubant non servata lege *Concilij Tridentini*, et in eius legis fraudem, cum ius non faveat fraudem committenti in legem, quam limitationem sibi displicere asserit Sanchez [...]. Hinc etiam mihi sit valde vero simile eos, qui inter infideles commorantur, vel mercium congerendarum causa, vel alia ratione, aut inter Turcas captivi detinentur, etiamsi ex his locis sint oriundi, in quibus promulgatum, et receptum est *Tridentini* decretum, non teneri contrahere iuxta formam *Concil.*

matrimonio del 1644, Francisco Pichón Merinero afferma che i prigionieri presso i turchi, i saraceni e gli infedeli in genere, come pure i cristiani che si trovano in quei luoghi *per modum hospitii*, possono validamente contrarre matrimonio in assenza del parroco e dei testimoni, e questo anche se hanno il domicilio in parrocchie nelle quali il decreto tridentino è stato pubblicato, poiché colà il *Tametsi* non obbliga. Si direbbe che, ancora una volta, si accolga l'interpretazione di Sánchez, per affermare che le solennità del contratto sono quelle del luogo del contratto e che anche quanti transitano solamente per quelle terre possono perciò contrarre validi matrimoni clandestini. Questa, si conclude con scarsa verisimiglianza, è la *communis opinio*³⁷. Lo stesso Juan Marin (1654-1725) afferma che possono contrarre valido matrimonio senza parroco e testimoni i mercanti, che si trovano tra gli infedeli *per modum hospitii*, anche se hanno il domicilio dove ha avuto luogo la recezione, e i prigionieri, pure se catturati dopo la pubblicazione del *Tametsi* nelle loro parrocchie, e anche qualora non vogliano fermarsi in quei luoghi, secondo la proposta ermeneutica avanzata da Sánchez e da altri³⁸.

Peter Leuren (1646-1723) sostiene d'altra parte che dove non ha avuto luogo la pubblicazione del *Tametsi* sono certamente validi i matrimoni contratti senza il parroco e i testimoni, e questo sia che lì si abbia il domicilio, sia che ci si trovi di passaggio. Il decreto *de reformatione matrimonii* irrita infatti i matrimoni clandestini solo nelle parrocchie nelle quali è pubblicato e recepito nell'uso. Pur in assenza di una trattazione esplicita del caso che stiamo trattando, a partire da queste

praescriptam [...]. Hinc denique colligitur incolam illius loci in quo non est acceptatum *Concilium Tridentinum* teneri contrahere matrimonium coram parochio, et testibus, si divertat ad locum in quo est receptum: licet enim sit regula generalis extraneum non teneri legibus loci ad quem divertit, absque intentione ibi manendi maiore anni parte, nihilominus ab ea regula excipitur lex generalis, qualis est ista; et deinde contractus qui, celebrari debet, iuxta conditiones praescriptas in eo loco, in quo ipse celebratur [...] ita Petrus de Ledesma [...], Sanchez [...], Reginald. [...], Coninch. [...] Bonacina [...]"

³⁷ Cfr. Franciscus Pichon Merinero, *Opusculum tractatus de matrimonio*, Toleti, apud Franciscum Calvo, Typ. Reg., 1664, pp. 153, 158: "Ubi non est copia Parochi, et necessitas contrahendi matrimonium urget, ex iustitia, et charitate, censendum videtur, sicut in terris infidelium: v.g. Indorum, vel sicut in terris Haereticorum, aut ubi non est receptum Trid. sed in istis locis validum est matrimonium contractum absque praesentia Parochi, et testium"; "Captivi, apud Infideles, Turcas, et Sarracenos, etc. valide contrahunt, absque Parochio, et testibus, matrimonium. Quia ibi lex Tridentini non obligat. Et idem dicendum est de mercatoribus, qui ibi per modum hospitij sunt, quamvis sint Catholici, et incolae locorum, ubi Tridentinum est publicatum, et admissum ipsius decretum irritans matrimonia clandestina. Ita communiter omnes".

³⁸ Cfr. Johannes Marin, *Theologia speculativa et moralis*, III, Venetiis, Ex Typographia Balleoniana, 1720, p. 451: "Ex his inferitur, mercatores qui apud infideles reperiuntur per modum hospitii, posse absque Parochio, et testibus contrahere, quamvis sint incolae illorum locorum, in quibus obligat Tridentinum: Quia contractus debent celebrari iuxta consuetudinem locorum, in quibus inveniuntur contrahentes: ut diximus. Et quia Concilium, ut incipiat obligare, petit publicationem in propria Parochia, in qua Matrimonium celebratur. Idem dicendum de Matrimonio contracto per fideles, qui apud infideles captivi sunt, quamvis ad eas Regionem ducti sint post publicationem, et receptionem in sua Parochia, nec habeant animum manendi in hujusmodi locis. Ita Sanchez [...] Bonacin. [...] Pajac. [...] Basil. [...] Cornejo [...] Rebel. [...] Dicastill. [...] Salmant. [...] Cobat. [...] citans pro se Facultatem Theologicam Viennensem, Tanner [...]"

considerazioni chi si trova a vivere tra gli infedeli può senza dubbio convolare a nozze in assenza del parroco e dei testimoni.

Quid dicendum de matrimoniis celebratis in locis Haereticorum et infidelium?

Resp. Primo. Si in iis locis nunquam promulgatum est Trident., sine dubio valent matrimonia ibi a fidelibus et Catholicis contracta sine Pastore et testibus; idque sive ibi commorentur permanentemente, sive per modum transitus [...]; quia Trident. decretum irritans matrimonia clandestina ligat solum ratione territorii et Parochiae, ubi illud promulgatum et usu receptum.

Resp. secundo. Si vero in iis locis aliquando promulgatum et receptum fuit Trident. et consuetudine contraria non abrogatum (dum enim consuetudine denuo fuit abrogatum, tantundem est, ac si ibi nunquam promulgatum foret [...]) et ibi nulli sint Parochi, vel expulsi ab Haereticis, aut licet sint, penitus ignorantur, aut justus non est ad eos accessus, valere matrimonia ab iis celebrata sine Parocho et testibus; eo quod decretum illud Trid. ibidem sit inobservabile, adeoque ad ista matrimonia clandestina se non extendat, ne multa gravia incommoda inde oriantur, tenent Pirh. [...] citatis Laym. [...] Tanner [...] et Zypaeo [...] Arsdekin [...] Krimer [...]. Item Conninck [...] allegans etiam pro hoc declarationem quandam Clem. VIII, quam dispensationem fuisse ait Hurtad. [...]. Nihilominus contrarium censet Castrop. [...] quia absolute deficit forma substantialis a Trid. praescripta. Ad dictam declarationem dicit, non constare de illa authentice, et esto, constaret, carere tamen publicatione legis³⁹.

3. Interpretazioni per la validità dei matrimoni clandestini dei cristiani tra gli infedeli in ragione dell'*epicheia*

Se i più tra quanti ritennero questi matrimoni validi si riferirono alla mancata recezione del *Tametsi in partibus infidelium*, taluni proposero una diversa interpretazione. Scrivendo prima dell'emanazione del decreto *de reformatione matrimonii*, Domingo de Soto (1494-1560) aveva enucleato un principio generale che, con riferimento all'*epicheia*, avrebbe permesso di affermare la validità dei matrimoni clandestini dei cristiani in quelle terre: se le leggi sono inique e contravvenirvi non crea scandalo, in coscienza non obbligano.

Quando enim leges humanae iniquae sunt in subditos, si citra scandalum fieri potest, non est in conscientia eis obediendum: secus si tale scandalum oriretur⁴⁰.

A pochi anni di distanza dal concilio di Trento, tra i primi a riflettere sul tema, Miguel de Palacio afferma che quanti vivono tra gli infedeli non hanno la possibilità di conformare le proprie scelte ai canoni che disciplinano la materia dei matrimoni clandestini, e non possono dunque essere vincolati dagli stessi. Non vi è nessun riferimento alla mancata recezione del *Tametsi* in quelle terre,

³⁹ Petrus Laurenus, *Forum Ecclesiasticum*, Augustae Vindelicorum, Sumptibus Martini Veith & Iodoci Henrici Müller, 1737, p. 72.

⁴⁰ Dominicus Soto, *De iustitia et iure*, Methymnae a Campo, Excudebat Franciscus a Canto, Expensis Benedicti Boyerij, 1589, p. 52.

nessuno alla lettera del decreto tridentino e all'ermeneutica dello stesso, né al fatto che il papa e la Sacra Congregazione del Concilio sarebbero potuti intervenire per chiarire la disciplina del matrimonio in queste situazioni e non l'hanno fatto. Soprattutto, non si comprende perché il decreto *de reformatione matrimonii* sia vigente nelle terre degli infedeli e solo si affermi che chi vive in quei luoghi non è libero di seguire la lettera del diritto canonico e non vi è perciò vincolato. Una interpretazione secondo *epicheia*, nella quale tuttavia non si chiarisce se per la validità delle nozze sia necessaria la presenza dei testimoni laici: si direbbe di sì, poiché sul punto nulla impedisce di ottemperare a quanto stabilito dai padri conciliari.

Iam vero istis exploratis brevique exaratis calamo, ad institutum remeet oratio. Quaerebatur enim si ex iure nature matrimonium coactum, esset ne vere matrimonium. Et quia iam locum non habet disputatio in matrimonio fidelium, si clandestine tractetur, quando solebat fieri coactio, erit disputatio si infidelis quispiam metu compulerit, infidelem ad matrimonium, aut si Turcarum princeps captivum et captivam fideles, metu mortis compulerit ad coniugium sit ne illud vere matrimonium? Fideles namque apud infideles agentes non possunt servare ecclesiastica iura, ut neque Graeci possunt Turcarum dominio subiecti. Unde videtur canones clandestinorum illos non coarctare, quia liberi non sunt, ut ecclesiae obediant⁴¹.

Lo stesso teologo agostiniano Basilio Ponce de León (1570-1629) ritiene assai verisimile che, anche se oriundi di luoghi nei quali il Tridentino è stato pubblicato, quanti vivono tra gli infedeli non siano tenuti a sposarsi secondo la forma stabilita con il *Tametsi*, perché in questo caso il decreto tridentino deve interpretarsi *per epicheiam*. Nell'ottica della salvezza delle anime, l'osservanza della legge sarebbe infatti dannosa, poiché costringerebbe i cattolici a mantenersi nel celibato o nel nubilato, escludendoli dalle nozze, il *remedium concupiscentiae* al quale fa esplicito riferimento l'apostolo. Si dovrebbe d'altra parte assicurare l'osservanza delle antiche leggi ecclesiastiche, quel che si potrebbe fare avvalendosi dei testimoni, con i quali è possibile provare l'avvenuto matrimonio, e predisponendo atti pubblici in luogo delle pubblicazioni, dopo essersi accertati che non sussistano impedimenti canonici alle nozze. Come già sostenuto da Sánchez e da Palacio, su questi punti converrebbe d'altra parte che si esprimesse il pontefice.

Denique dicendum est. Mihi fit valde verosimile, eos qui inter infideles commorantur, vel mercium congregandarum causa, vel alia ratione, aut inter Turcas captivi detinentur, etiamsi ex his locis sint oriundi, in quibus promulgatum, et receptum est Tridentini decretum, non teneri contrahere juxta formam a Concilio praescriptam. In eo enim casu locum habet Epicheia deficit enim lex contrarie, et vitiosa esset observatio legis, cum vel compellendi essent vitam servare caelibem, vel auferendum illis, quod in remedium infirmitatis est, matrimonium. Curandum

⁴¹ Michael de Palacio, *Disputationes theologicae in quartum librum Sententiarum*, II, Salmanticae, Ex officina Didaci a Benavides, 1579, p. 657.

